

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De Iesu coronatione. Theo. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

piorum pedibus calcabatur, totusq; vulneratus, non habuit à planta pedis vñque ad capitum verticem, locum in quo esset sanitas. Quid igitur modo tibi vi-
detur? Est ne dignus cui compatiaris? Meruitnè vt pro eo lachrymeris? At-
tende pro quo patiatur, & vide num tibi non sit causa hic amarissimè lachry-
mandi. Expende quis est qui patitur. Si ouicula, si catulus pateretur innocens, exquomodo
eidem condoleres. Si homo, si princeps, si rex, si imperator pateretur vel pro
seipso, aut factus miserabilis, aut ab hostibus captus, quid ageres? Nonne fle-
res? Quid enim minus posses? Iam patitur, & pro te patitur, maiestatis Do-
minus, Rex gloriae, ante quem vel imperatorum mille terrenorum sive po-
etas, sive maestas, non est aestimationis aut comparationis tantæ, quantæ fo-
ret coram Cæsare puluisculus terræ exiguis. Nihil enim sunt, omnia terrena
Deo comparata. Vide igitur quia Deus est qui pro te patitur atq; despicitur.
Vide etiam quia idē & homo est, qui pro te affligitur & cruciatur. Vide quia
innocens est, quia peccatum nunquam fecit, sed pro tuis peccatis punitur, te à
perpetuis tormentis vt liberet. Ideo inquam ipse tot pœnis torquetur, te vt
amicum habeat ò vilissima sarcina, vtq; in te delectetur: vt tibi beneficiat,
propter te vulneratur & ceditur: & vt celi te ciuem, vt regni sui confortem,
vt gaudiorum suorum participem, vt deniq; filium te adoptiuim ac cohære-
dem te habeat, in has omnes calamitates penarum & in morte pro te se tradi-
dit. Hoc autem fecit vtrō, desideranter, amantissimo corde, promptissima
voluntate, gratuitoq; amore, vnde sibi nihil accrescit felicitatis, hoc tantum
volenti vt tibi perpetuo benē sit. Vide iam dum hac expenderis omnia, meri-
tōne illi compatiendum sit, nonne iuste est amandus? nonne maximoperè ab
eius offensione caudendum.

Precatio pro remissione peccatorum.

A H Iesu misericordissime, tua vulnera, tuos dolores, tuum sanguinem pro nobis
effusum, quos sumus in remissionem & expiationem omnium peccatorum nostro-
rum, atque in supplicationem negligentiarum nostrarum omnium, atque in ex-
tinctionem vitiorum passionumq; nostrarum omnium converte. In his tu nos purifica,
tu nos tibi reconcilia, tu perfice, tu nos poscide, atque in gloriam tuam iuxta sapientium
ac perfectissimum tuum beneplacitum nos converte, qui es perpetuo benedictus, Amen.

DE IESU CORONATIONE. Theorema XIX.

ARGUMENTVM.

Dominus noster Iesus Christus, qui omnium creatura-
rum licet sit princeps atque creator dignissimus, poten-
tissimus atque sublimissimus, quique propter nos sal-
uandos sua dignatione factus est ad seruendum humil-
limus, & propter vtrunque maximo infinitoque honore dignus,
pro sua tamen neque maiestate, neque fidelitate, neque humilitate,
neque scrutio est honoratus, sed spinis coronatus acerbissimus,
impieque illusus.

C^c

IESV

J. VI
13